



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XVI. Charta in puellam facta ab eo qui ipsam inuitam traxerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

ſæ deueniat potestatem; ita vt ſecū-  
 dum legis ordinem teneat, atque  
 possideat. Et si contra hanc tradi-  
 tionem aliquid refragauero, parti-  
 bus ipsius puellæ sol. tantos com-  
 ponam. Et hæc traditio firma per-  
 maneat.

XVI. CHARTA IN PVEL-  
 lam facta ab eo qui illam inui-  
 tam traxerit.

**V**luentibus patrib. inter filios  
 familias sine voluntate eo-  
 rum matrimonia non legitime co-  
 pulantur, sed contracta non soluū-  
 tur. Idcirco ego in Dei nomine ille,  
 dulcissima coniux mea illa, dum &  
 te sine voluntate parētum tuorum  
 rapto scelere in meo sociavi coniu-  
 gio, ynde vitæ periculum incurrere  
 debui, sed interuenientibus sacer-  
 dotibus, vel bonis hominibus vi-  
 tam obtinui. Ideo placuit mihi vt  
 per



per hanc epistolam compositionalem, aut si conuenit cessionem, aliquid de rebus meis tibi confirmare deberem, quod ita & feci, Hoc est locellum nuncupantem illum, situm in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, vineis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus & immobilibus, cum omni superposito suisque adiacentiis, vel omni integritate, quicquid inibi præsentit tempore mea videtur esse possessio, de iure meo in tua trado potestate, vel dominatione. Ita ut quicquid exinde à die præsentit facere uolueris, liberam ac firmissimam in omnibus habeas potestatem. Et si fuerit, aut ego ipse, aut vlla quælibet persona, quæ contra hanc epistolam refragationem aliquam, aut calumniam generare præsumpserit, illud quod repetit non vindicet, &



insuper contra cui litem intulerit  
sol. tantos componat, & hæc episto-  
la firma permaneat.

XVII. DONATIO INTER VI-  
rum & vxorem quæ gestis sit  
alligata.

**Q**uicquid enim inter coniu-  
gatos de propria facultate,  
ob amorem dilectionis inuicẽ con-  
donare placuerit, scripturarum ne-  
cesse est titulis alligari, ne in poste-  
rum ab heredibus eorum possit cõ-  
uelli, quia secundum legem, si ma-  
nente coniugio vir vxori, vel vxor  
marito aliquid donauerit, si is cui  
donatum est prior mortuus fuerit,  
apud donatorem ea quæ donata  
fuerant remanebunt. Igitur ego in  
Dei nomine ille, dulcissima coniux  
mea illa, si prius mortuus fuero quã  
tu, dono tibi per hanc epistolam  
donationis, donatumque in perpe-